



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

60. Fer. 5. de triplici Baptismo Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

96 FERIA 5. DOM. SEPTUAG.

Patri. Sed enim, ô dilecte, vide, quæ tibi susceptissimi Superiores tui imposituri sunt: talis enim erunt, ad quorum apprehensionem tuam terram corrues, sudabis sanguinem, agonizabis, nec erit dolor sicut tuus; & hæc feram ab inimicis pro inimicis? Uti que feram: qui quit Dominus, atque ita feram, ut cognoscat mundus, &c. Venite, & videte, quæ posuit Dominus prodigia super terram. Ps. 45.

MEDITATIO LX.

FERIA 5. DOM. SEPTUAG.

Triplex Baptismus Christi.

Avdiam Dominum præ appetitu patienti di ingeminantem verba illa: Baptismo habeo baptizari. Petam eum imitari.

Conf. 1. Baptismum Christi à Ioanne susceptum, qui baptismi aquæ initerabilis erat indicium: quem ego suscepi: ideo ad implendis ei adnexis promissis studebo, abrenuntiationi Sathanæ, mundo, carni.

Conf. 2. Alterum baptismum flaminis dum exercuit a ctus amoris, & desiderij, quod maximum in Christo fuit passionem & mortem perferendi propter voluntatem Patris, & hanc ex unione voluntatum: quibus ego, si meam perfectè unire cupio voluntatem, nihil Deo adversum velle deb eo.

Conf. 3. Baptismum sanguinis, non tantum

æ tibi scilicet tunc profusione vitæ pro Patre, & mortis sus-
ceptione, cuius amaritudinẽ pro suis exfor-
tionem habuit Christus, relictã dulcedine illius nobis,
n, agoni ut nos diceremus: *Cupio dissolvi, & esse cum*
hæc fera *Christo.* ad Philip. 1. Sed & perferendis pro
ram: in nobis strenuè usque ad mortem laboribus,
cognoscit & genere mortis valde doloroso. Si Christus
fuit Divi præcepta Patris æterni nec subterfugit, nec
contra ea apud alios, aut apud seipsum que-
stus est, & cum pateretur, non comminaba-
tur, in his mihi imitandus est, ne subterfugiã
mandata ejus, neque conquerax.

MEDITATIO LXI.

Feria 6. Dom. Septuag.

Christus Dominus valedixit Matri suæ

D. Bonav. c. 72. med. vite Christi.

Vldebo Matrem dolorum ultima basia
deferentem doloris Filio. Petam agno-
scere sensum hujus avulsionis, & nullius per-
sonæ affectu teneri.

Conf. 1. Amorem D. IESV erga suos:
quia Pater eos amavit, & illi dedit; quæ enim
in illis, aut ex illis, quantulãque ratio amãdi?
Ejus exemplo omnes ut imagines, opera, ser-
vos, filios Dei, amabo: clausis oculis ad sua
cujusque, apertis ad ea, quæ in eo elucent, Dei.

Conf. 2. Idem suos, & quidem Matrem,
etsi sanctissimam, permisit habere tristitiam,

E

XIT,